

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXLI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CXLI.

ULRICUS DE GUTINBURCH JUS SUUM, SI QUOD  
HABUIT, IN ADVOCATIA VILLÆ RIEDE MONA-  
STERIO S. BLASIJ CONCEDIT.

ANNO MCCLXII.


*Ex autographo Abbatia S. Blasij.*

Omnibus presentium inspectoribus. Vir nobilis Ulricus de Gutin-  
burch miles. notitiam rei geste. cum nos Advocatiam ville in  
*Riede*, cujus proprietas monasterio Sancti Blasij nigre silve noscitur per-  
tinere, nobis nostrisque progenitoribus à Reverendis in Christo A. Ab-  
bate & Conventu ejusdem monasterij commissam non habito eorundem  
consensu dudum vendiderimus Nobili Viro C. quondam militi de Rotten-  
lain & per hoc dicti Abbas & Conventus gravati non modicum dictam  
Advocatiam emerint sive absolverint à Viris Nobilibus Walthero, Otto-  
ne & Lutoldo fratribus dicti C. filiis pro quindecim Marcis argenti, nos  
si quid nobis juris ex hoc forte competebat, quod contractus inter nos &  
dictum C. quondam habitus minus validus habebatur, totum jus nostrum  
si quod habemus. cum habere videbamur casu aliquo contingente. ratifi-  
cando contractum ultimo habitum inter Abbatem & conventum ac Nobiles  
superius nominatos tam pro nobis quam heredibus nostris in monasterium  
transfundimus memoratum, ut sicut per nos gravatum est, sic etiam  
aliquan-

aliquantulum sublevetur. in cujus facti evidentiam ac robur perpetuum hanc paginam exinde conscriptam Venerabilis Domini E. Dei gratia Constantiensis Episcopi & nostri procuravimus munimine roborari.

Actum in Castro Brnowe VIJ. Kalend. Martij Anno Domini MCCLX secundo, Indictione iiij.

(L. S.) (L. S.)



## CXLII.

VIRI NOBILES DE ROTTENLAIN FRATRES. IUS  
ADVOCATIÆ IN RIED ABBATIÆ S. BLASIJ  
VENDUNT.

A N N O M C C L X I I.

*Ex autographo tabularij Abbatie S. Blasij.*

**O**mnibus presentium Inspectoribus. Viri Nobiles Waltherus, Otto & Lutoldus fratres de Rottenlain notitiam rei geste. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore scripturarum solent indiciis perhennari. Noverint igitur omnes & singuli, quos nosse fuerit opportunum quod dum Reverendi in Christo A. Abbas & conventus monasterii Sancti Blasij, nigre silve, lesi per nos & C. quondam Patrem nostrum in possessionibus ejusdem monasterij apud *Ried* in quibus nobis Advocatie

*Cod. Dipl.*

H h